Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mundū tradidit disputationi eorū. ut nō inueniat homo opus. qd operatus
est dēs ab initio usq; in finē. Et cognoui qd nō esset melius nisi letari et facere be-
ne in uita sua. Omnis enim homo qui comedit et bibit et uidet bonū de
labore suo. hoc donū dei est. Didici qd omnia opa que fecit dēs. perseuerent
in eternū. Non possumus eis quicquā addere nec auferre. que fecit dēs ut
timeat. Quod factū est ipm permanet. Que futura sunt iam fuerūt. et dēs
instaurat qd abiit. Vidi sub sole in loco iudicii impietatē. et in loco iusti-
cie iniquitatē. et dixi in corde meo. Iustū et impiū iudicabit dēs.
et tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde meo de filiis hominū.
ut probaret eos dēs. et ostenderet similes esse bestiis. Idcirco unus in
teritus est hominis et iumentorū. et equa utriusq; condicio. Sicut moritur
homo. sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia. et nichil habet
homo iumento amplius. cuncta subiacent uanitati. et omnia pgunt
ad unū locū. De terra facta sunt. et in terram pariter reuertentur. Quis nouit
si spiritus filiorū ad ām ascendat sursū. et si spiritus iumentorū descendat deorsū.
Et deprehendi nichil esse melius quā letari hominē in opere suo. et hanc
esse partē illius. Quis enim eū adducet. ut post se futura cognoscat. Ecce
me ad alia. et iudi calumnias que sub sole gerunt. Et lacrimas in
nocentiū et cōsolatorē nemine. nec posse resistere eorū uiolentie.
Et iuxta auxilio destitutos. et laudauī magis mortuos quā ui
uentes. et feliciorē utroq; iudicauī q nec dū natus est. nec iudit mala
que sub sole fiunt. Rursū cōtemplatus sum omnis labores hominū et
industrias animaduerti patere inuidie proximi. Et hoc g uanitas
et cura supflua est. Stultus complicat manus suas. et comedit carnes
suas dicens. Melius est pugillus cū requie. quā plena utraq; manus
cū labore et afflictione animi. Considerans rursus aliā uanitatē
sub sole. Unus est et secūm non habet. non filium non fratrem. et tamen laborare
non cessat. nec saciantur oculi eius diuitiis. nec recogitat dicens. cui laboro.